BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 184
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quae possidet

fortem diabolum. atrium uero illius mundum. qui in maligno positus esse appellat. in quo usque ad saluatoris aduentum male pacato poterat imperio. quia in cordibus infidelium sine ulla conditione requiescebat. unde & alibi princeps mundi uocat. Dicentes enim. Uenit enim princeps mundi & in me nihil inuenit. & iterum. Nunc princeps huius mundi eicitur foras. de qua hic lectione subiungitur.

Si autem fortior illo superueniens uicerit eum uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat & spolia eius distribuet.

De ipso quippe loquitur qd non concordi fallax operatione quemadmodum calumniabant sed fortiori potentia uictor homines a demonio liberet & Arma in quibus male fortis ille confidebat. a fraudulentis quesunt nequitiae spiritalis. Spolia uero eius ipsis hominibus sunt a eo decepti quae uictor xpsus distribuit qd est insigne triumphantis quia captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus. quosdam quidem apostolos alios euangelistas hos prophetas illos pastores ordinans & doctores.

Qui non est mecum aduersum me est & qui non colligit mecum dispergit.

Non putet quisquam deheretici dictum & scismatici quantum quantum extra & superfluo possit intellegi. sed ex consequentibus textuque sermonis ad diabolum referatur & qd non possit opera saluatoris bel zebub operibus compatiri. ille cupit animas hominum tenere captiuas. dns liberare. ille p dicat idola. hic unus di nostra. ille trahit ad urga. hic ad uirtutem reuocat. quomodo ergo possunt habere concordia inter se quorum opera diuisa sunt.

t exxx V in exxviii

Cum immundus spus exierit de homine perambulabit per loca inaquosa.

Quam uis simplicitate intellegi possit dnm haec addistinctione suorum & satanae operum adiunxisse. qd scilicet ipse semp pulluta mundare. satanas uero mundata grauiorib: festinet contaminare sordib:. tamen & de heretico quolibet uel scismatico uel etiam malo catholico potest non inconuenienter accipi. De quo tempore baptismatis spus immundus qui in eo prius habitauerit ad confessionem catholicae fidei ad renuntiationem quae mundane conuersationis eiciat. loca quae inaquosa pagrete. id est corda fideliu quae a mollitia fluxae cogitationis expurgata sint callidus insidiator explorat. si quo sibi forte suae nequitiae gressus figere possit. sed benedicitur.

Quaerens requiem & non inuenit.

Quia castas mentes effugiens in solo diabulus corde peccatorum gratia sibi potest inuenire quietem. Unde & de illo dns. sub umbra inquit dormit in secreto calami & locis umentibus. In umbra uidelicet tenebrosas conscientias. In calamo quis foris nitidus intus est uacuus. simulatrices. In locis umentibus. lasciuas moles quae mentes insinuans. Dicit reuertar in domum meam unde exiui.

Timendus est iste uersiculus non exponendus. ne culpa quam in nobis extinctam credebamus pincurianos uacantes obprimat. Et cum uenerit inuenit scopis mundatam.

hoc est gratia baptismatis a peccatorum labe castigata sed nulla bonis operis industria cumulatam. Unde bene matheus hanc domum uacantem scopis mundata atque ornata dicit inuentam.